



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

23. Dies Octob. Amarus est mundus, & diligitur. Puta si dulcis esset,  
Qualiter amaretur. S. Augustinus de temp. 111.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-55659)

*Illi vita perit, quisquis pereuntia querit.*

## 23. DIES OCTOB.

Amarus est mundus, & diligitur. Puta si dulcis esse  
Qualiter amaretur. *S. Augustinus de temp. III.*

Mūdi mi. I. seria, Di-  
vini amo-  
ris sunt il-  
leceb̄. **P**ergimus persequi mundum, &  
sequamur Deum; illius inculca-  
odium, & omne ejus calcare cho-  
ragium, ut præ omnibus astime-  
mus Dei amorem, & honorem; Sic nobis sapientia  
star nardi, illa sententia D. Bernardi. *Ea sequi defin-  
qua & assequi miserum est.* Dic mihi quisquis haec  
gis. Cùm in mundo sis natus, in mundo vivas, in  
mundo sis educatus, cùm mundum ames, usque ad  
odium tui, mundo servias usque ad sudorem vultus,  
mundum sequareis usque ad tœdium cordis, mundo  
credas usque ad cœcitatem mentis, quid aliud expe-  
ctas post omnia tua obsequia à mundo, quam mun-  
dana? Hoc est honoris umbras, gloriæ bullas, vo-  
luptatis quisquilias, porcorum filiquas; puerorum  
apinas, fabularum affanias, verbo, ipsissimam va-  
nitatem vanitatum, hoc est, Nihil. Et necdum ni-  
hili facis, à quo nihil est quod expectes, præter Ni-  
hil? An solus carnem sine ossibus emere, nucis nu-  
cleum sine cortice edere, cum hoste sine periculo  
manum conserere, iter prolixum sine fatigatione  
conficere, mare sine metu naufragii transmittere  
cupis? cùm fieri nequeat, quandam in mundo

mor-

mortalium vivere, quin quo omne in mundum ve-  
nerit, cognoscat. Mundus semper idem fuit, & nunc  
est, & post nos erit: si idem sit mundus, ergo & ea-  
dem omnia quae sunt mundi: ergo & eodem modo  
tractabuntur amatores mundi.

II. Mundus semper fuit, est, & erit amarus, & ta-  
men semper fuit, est, & erit a plerisque dilectus, &  
prae Deo electus. Si tam amarus, sit tamen tam char-  
arus, quam charus esset multis, si illis esset dulcis?  
Quis non stupeat cum sit hominum turba magna,  
quam dinumerare ferè nemo potest, qui pessimè a  
pessimo mundo tractantur; si ita mundus eos de-  
mulceret, ut affligit; si ita oblectaret, ut castigat: si  
foveret, ut nocet; si eveheret, ut deprimit; si admit-  
teret, ut expellit, si perpetuaret ut consumit; totus  
mundus abiret post mundum. Quætit Cypria-  
nus de mundo a seclatore mundi: (a) *Quidamas*  
*eum qui te odit?* Hoc est mundum: & ego oppo-  
situm quero. *Quid odisti eum, qui te amat, hoc est*  
Deum? Dic mihi amice mundi, hoc est inimicetui,  
nec amice Dei, quid videre, audire, discere, amplius  
expetis, ut mundum cognoscas, postquam vides,  
quo pacto sis hactenus a mundo habitus? Nonne  
petenti quietem dedit laborem? petenti honorem,  
missit infamiam: petenti opes, & laetitiam, imperti-  
vit inopiam, & tristitiam; & petenti ut in suis te  
numeraret, dedit missiōnem? petenti vitam, tribuit  
mortem? Sic a mundo habitus, adhuc mundum  
tanti habes? O mundo quam procul abes a justo,  
& quam procul abesse a te oportet, ut quis sit justus.  
Mundo oportet uti, non licet frui. Dicam ergo,  
& verè cum D. Bernardo. *Batus qui post illa non*  
*abit,*

(a) *Serm. 4.*

abut, qua possessa onerant, amata inquinant, amissa miciant. Si uadeo tibi cum Augustino: Ora, mad  
damnanda intellectum accipere merearis, & affectum  
ad fugienda, & misericordiam ad cognoscendum. Ni-  
hil erit tibi expeditius, quam mundi laqueis te expe-  
dire, & mundum fugere, ubi quis, & qualis sit, ca-  
peris cognoscere.

III. Sed oppones, & vel sic tibi impones; Mag-  
na quin, & multa sunt in mundo, quæ hactenus  
pertus sum mundi oblectamenta. Et illa nunc ubi  
sunt? Respondet mihi, & id ipsum futurum spondeo  
tibi, quod Aug. (a) Delectatio occidit, & praterit, cul-  
neravit, & transiuit; miserum fecit, & abiit, infelici  
reddidit, & reliquit. Et ne cum mundum relinquis-  
simò ne relinquas, à quo es brevi relinquendus, delin-  
quis? Ut prædones illi Jerichontinum illum perego-  
num (b) despoliaverunt, & plagi impositi abierunt se-  
mivivo relicto. Ecce stipendium mundi: illa quæ sunt  
mundi (quid illa, nisi vita) despoliaverunt te gratia  
Dei, jure ad cœlum, favore Christi, tutelâ Deiparae,  
suffragiis Ecclesiæ, virtutibus moralibus, omnibus  
per tot annos congestis thesauris, hoc est totius vi-  
ta meritis; illis, inquam, te despoliaverunt (nōne  
mundus est verè spoliariam?) Nec satis est, quod de  
sustulerint omnes tuas gazas, insuper intulerunt gra-  
vissimas plagas: post illorum spolia, sequantur tu  
vulnera: neq; levia fuisse vulnera, hoc est argumen-  
tum, quia inter vivos, reliquerunt te semivivum. O  
ergo, ut vivere incipias, antequam vivere definies  
vel semivivus (quia anima adhuc spicit, dum sperat  
incipie totus vivere illi toti, à quo accepisti, ut possit  
vivere).

(a) Serm. de Temp. (b) Luc. 10.30.

Octob.

Tessera.

845

vivere, cui omnia vivunt, qui est vita tuae vitae. Mundum ergo desere, & illi servire desine, dum tempus est. Sic te adhortante Augustino : (a) Corrigant se, qui tales sunt, dum vivunt, ne postea velint, & non possint, quia subito venit mors, & non est qui corrigatur, sed in ignem mittatur. Utere tempore : enim vero,

*Tempus deflendi, nunc, & peccata luendi.*

## 24. DIES OCTOB.

Vera religio, in unius constat veri Dei servitio.

*S. Fulgentius ad Donatum.*

Dei in nos beneficia, exigunt sequia. **S**ervire famulum Domino, est æquum : servire hominem Domino dominantium, est plus quam æquum, quia est æquitas. Omnis religio constat in unius Dei servitio : alia omnis irreligiosa est religio. Cujus ergo suassimus amorem, superest, ut pro virili, persuadeamus erga eum honorem, utpote cui soli debetur ab omnibus omnis honor. Hunc maximè prodimus obsequiorum officiis: officia extorquebunt benè expensa, Dei in nos immetitos merita. Primum honoris obsequium sit, illum ut par est, titnere. Breviter, sed nervosè Tertullianus; (b) *Hominis timor, Dei est honor.* Vis causam timendi? suggeret Josephus Judæus. (c) *Qui Deum respicere suam vitam credunt, delinquere non presumunt.* Expectas iam, ut recenseam ejus beneficia? Quid volo revocate ad numerum, quæ sunt innumerabilia? (d) *Suspice cælum, & numera stellas, si pos-*

(a) *De Temp. 164.* (b) *De pœnit.* (c) *Contra Apion. 1.2.* (d) *Gen. 15.5.*